



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De feroore indiscreto, de his quæ exiguntur ad hoc vt aliquis Deo discretè  
seruiat. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](#)

debet orationi coram Deo, ut orando impetrat gratiam quæ ab eo expellat acediam. Et notandum quod omnia quæ dicta sunt ad detestationem acedie, possunt esse remedia contra acediam: ideo de remediiis Acedia hic finem facimus.

*De indiscreto feroore: qui acedia videtur esse contrarium,*

PARS IIII. quæ habet quinque capitula.

*De feroore indiscreto, de hu quæ exiguntur ad hoc ut aliquis Deo discretè seruiat.*

CAP. I.

Sicut in virtu avaritiae tractauimus de virtu prodigalitatis, eò quod avaritia & prodigalitas virtua sunt opposita: sic cum acedia tractabimus de indiscreto feroore. Acedia enim & indiscretus feroor quodammodo videntur esse virtua opposita. Ad cuius detestationem valere possunt. Primo testimonia scripturarum: sicut illud ad Rom. 12. Rationabile sit obsequiu vestrum. ¶ Tria sunt quæ exiguntur ad hoc ut homo cù discretione & rationabiliter Deo seruiat. Primum est, nobilitas personæ cui seruitur. Vnde honor regis iudicium diligit, scilicet iudicium discretio- nis. Secundū est, humana natura. Homo enim rationalis creatu- ra est, & ideo rationabiliter operari debet. Plus debet inniti sa- pientia, quā fortitudini. Bellunum enim est viribus decertare, sicut dicit philosophus. Tertio requirit hoc ipse hostis contra quę pugnā habemus: diabolus enim contra hominē pugnat potius astutia & sapiētia, quā viribus: ideo & nos sapiētia cōtra eū pugnare debemus, non viribus: vites enim nō sufficerēt resiste- re sapiētia: quia melior est sapiētia, quā vites: & vir prudēs, quā fortis. Sap. 6. Ad signandū q̄ Deo non placeant opera sine discre- tione facta, non offerebatur in lege animal cæcum. Ideo etiam in omni sacrificio offerebatur sal. Sale condiuntur cibi ut homi- nibus bene sapiant: per quod signatur discretio, quæ facit opera grata Deo. Ad idem Prou. 4. Palpebrae tuae præcedat gressus: id est, considera opera tua. Et illud Apost. 1. ad Tim. 5. Noli adhuc aquam bibere, sed vino modico utere. Glos. Prudenter sibi vult Deus seruiri: non in nimietate, ne debiles fiant, & post medico- rum suffragia querant. Temperadum est enim, ut si fieri potest, exceptū obsequiu gradatim prouehatur, potius quam in cōside- ratione minuatur. Ad idē 1. Pet. 4. Charissimi, nolite peregrinari in feroore qui ad tentationem vobis fit. Et Eccle. 7. Noli esse iu- stus multum. Ibi dicit glo. interlin. q̄ summa iustitia, summa in- iustitia est. Sunt aliqui qui in nullo volunt condescendere car- ni, quorum iustitia magna iniustitia est. Ad idem potest valere illud philosophi: Arbitror primo in vita utile esse, ne qd nimis.

De